

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

30. De servo Centurionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

monis, sermoni humilitatis tam insignis, quam
Diabolus exhorret.

MEDITATIO XXX.

De servo Centurionis. Luc. 7.

PUNCTUM PRIMUM.

Virtus Centurionis. 1. Pietas: qua etiam pro
servo suo tam sollicitus est. 2. Humilitas: ^{1.} Pietas &
qua indignum se putavit accessu ad Christum, & humili-
ideo submisit pro se deprecatores alios, qui ta- ^{2.} tas Cen-
men eum dignum beneficio deprædicarunt a- turionis.
pud Christum, ob bona multa opera pietatis:
nam ædificabat Iudeis synagogas, cùm esset gen-
tilis, & alia faciebat. 3. Fides: qua credidit posse ^{3.} Fides.
Christum absentem conferre sanitatem. Unde,
etsi corpore non accessit, attamen fide, accessit:
sicut Matthæus ait: ipsum *accessisse ad Iesum.* *Mat. 8. 3.*

PUNCTUM II.

Centurio deprecatur, ne Christus ipse veniat.
Cùm iret, & non longè esset, misit ad eum
amicos, dicens: *Domine noli vexari, non enim*
sum dignus ut intres sub tectum meum: propter
quod & me ipsum non sum dignus arbitratus,
ut venirem ad te: sed tantum dic verbo & sana-
bitur puer meus. 1. Eximia humilitas quæ Deum
trahit ad se: nam jam ibat Christus, & appro- ^{1.} A Chri-
pinquabat. Contrà autem Regulo, qui præsens ^{ste ho-}
rogabat, ut descendenter profilio sanando, du- ^{natur.}
riùs

2. *Qui respondebat: & coarguit ipsum.* 2. *Progressus*
Non id in humilitate, non effertur tali favore, quod
eo super Christus ad se veniat, sed profundius humiliat
bit. 3. *Sed huius milior, id ipsum deprecans.* 3. *Fides rara. Tantum*
dic verbo. Aptè hujus verba usurpat Ecclesia,
ad sacram Communionem, ad quam cum viva
fide, & profunda humilitate accedere oportet.
4. *Christus extollit.* 4. *Mira confessio omnipotentiae Christi, ex*
comparatione sui: nam & ego homo sum habens
sub me milites, & dico huic, vade, & vadit:
& alii, veni, & venit. Tu qui supra omnia es,
quantò magis solo nutu efficies, quod voles?
Optabo, & petam sic habere in potestate affec-
tus, & facultates omnes.

PUNCTUM III.

Fidem
 Centu-
 rionis
 præfert
 Judæis.

Christus admiratur tantam virtutem, pra-
 sertim in homine sæculari, & milite, & se-
 quentibus se ait: *Amen dico vobis, non inveni*
tantam fidem in Israël, ex quo inter eos prædi-
co Evangelium. Ad illorum confusionem, &
 meam, quando pro statu meo deberem præmi-
 nere aliis. Ex occasione autem hujus hominis
 gentilis, prædictum gentium accusum ad fidem,
 reprobatis ipsis Iudeis: nam Deus ingratissi-
 stituit alios. Ne mihi similiter fiat. Et tandem
 impertitur vota dicens: *Vade, & sicut credi-*
disti, fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora &
momento.

ME-